

Quo instructor sis ad agendum pro concordia cum Schnepfio et quibus opus, mitto articulos Augustæ a nobis oblatos Lutheranis et probatos a Schnepfio, signum habent A (non potui nisi manu Matthei scriptos nunc eos articulos habere); mox libellum concordie missum principi Ernesto Lünenbergensi<sup>1)</sup>, Luthero et Philippo, signum habet B; iterum Lutheri et Philippi responsiones de eo libello, signum habent C; meam ad Lutherum epistolam, qua eius responsioni respondi, sub signo D; ea epistola iactata est ut plena palinodia. Schnepfius pridem abhorret ab Hessia; cupit apud suos vivere, est Hailbrunensis. Hinc mone principem in loco; causa honesta, Catus non potest offendi. Mitto item articulos concordie datos nobis a Lutheranis Marpurgi, signo E, ubi videbis verba obstitisse: „Es ist uff mein seel diser handel eyn böse unötige frage, wie wir es erkennen.“ Adsunt 5 epistolæ Oecolampadii, signo F<sup>2)</sup>.

#### 431. Wolfgang Musculus an Ambrosius Blaurer.

XII, 250.

Augsburg (1534 August) 2.<sup>3)</sup>

[Lob Blaurers und gute Wünsche. Durchführung der Reformation in Augsburg. Empfehlung Seehofers. Warnung vor Huberinus.]

Ich preise Dich glücklich, daß Du mit solchem Erfolg für Christi Reich tätig bist. Doch mit der Freude befällt mich auch Furcht, wenn ich an die verderbten Sitten der Höflinge denke. Der Herr sei Dein Wächter! Ich hoffte, Butzer werde Dir beistehen, doch höre ich nichts davon.

Nos hic utcunque promovimus abolita contraria contione cum non-[nullis] angulorum quorundam missis. Sacrificuli mira si[mulant]; sed quid facerent aliud? Puto, nisi facerent eos ali[orum] pericula cautos, urbem brevi exirent; sed utinam ita exirent, ut nunquam reverterentur! Senatus ille maior, qui nuper habitus est, maiori fuit animo, quam sperassent adversarii; nisi unus et alter, qui primores ex nostris sunt, certo limite negocium determinassent, omnia fuissent in universum abolita<sup>4)</sup>. Faxit dominus, ut, quæ adhuc restant, brevius, quam speratur, tollantur! Arsatum hunc tibi in Christo Iesu promovendæ gloriæ illius gratia

<sup>1)</sup> Butzers „Eintrachtsschrift“, vgl. S. 229, Anm. 5.

<sup>2)</sup> Der letzte Satz ist am Rande beigelegt.

<sup>3)</sup> An Blaurer nach Stuttgart gerichtet, am 8. (August) erhalten. Das Jahr ist durch Nr. 435 und 444 gegen Schluß (Erwähnung Seehofers) gesichert; vgl. die folgende Anm. Der Brief ist am rechten Rand durch Mäusefraß beschädigt.

<sup>4)</sup> In einer Sitzung des großen Rates vom 22. Juli 1534 war Abstellung aller Prediger mit Ausnahme der vom Rat berufenen und Durchführung der Reformation mit Ausnahme der dem Bischof und Domkapitel gehörenden Kirchen beschlossen worden, s. Roth, a. a. O. II, S. 175 ff.

Schieß, Briefwechsel.

commendo. Quid Ulmæ illi contigerit, referet ipse. Sed oportet, omnia boni consulere, cum sciamus, quam adhuc ubique homines simus. Oro, rationem illius habeas, quantum poterit salvo regni Christi profectu fieri. Potes illum probare; habet etiam sua dona, habet, unde usui queat esse. Sed tu facile pro tua prudentia et pietate scies, quid et te et illum deceat.

Habemus hic Lutheranum quendam, cui Gasparo Huberino nomen est, hominem ad animi amaritudinem mordacissime fovendam cum primis natum. Hic apud suos gloriatur conditionem sibi in ducatu Wirtembergiæ oblatam et paratam esse. Condolemus illi ecclesiæ, cui debeat præfici. Oro, si rem hanc resciveris, quantum poteris, impe[dias], non ideo quod Lutheranus est, sed qu[ia] . . . . ., sub quo se potius quærit quam . . . . . Vale, charissime frater . . . . . Augustæ 2. . . . .

XII, 247.

#### 432. Ambrosius Blaurer an die Brüder Zwick<sup>1)</sup>.

(Stuttgart) 1534 August ca. 3.<sup>2)</sup>

[Bericht über seine Ankunft in Stuttgart, das erste Zusammentreffen mit Schnepf und die zwischen ihnen erfolgte Verständigung.]

Salvete, fratres charissimi et iucundissimi comites. Quod reliquum itineris a vestro vale nobis emetiendum erat, bonis avibus confectum est. Ubi vero Stütgardiam venimus, Schnepfium invenimus, qui uno nos anteverterat die ac propterea primas iam in concionando occupaverat. Colluserant nonnulli omnino caventes, ne tempestivius vocarer, tametsi princeps ante mensem fere advocandum curasset. Cancellarius eiusmodi vir est, ut multi multa in ipso desiderent, atque is priores literas suppressit, quod princeps postea ex Sturmio cognoscens indigne tulit. Blanditur in faciem blandissime; sed altera lapidem etc., qui sunt profecto vulgo aulicorum mores. Utinam Ioachimus noster Malerus in huius locum, quandoquidem cessurus videtur, sufficeretur! Schnepfium cum primum salutassem, duriorum sum expertus; mox enim: „Blaurere“, inquit, „gratulor tuo adventui; verum, ni tibi in cenę negotio mecum convenerit, alterutri fuerit cedendum“. Respondebam sperare me fore, ut eandem hic sententiam amplecteremur. A prandio vocatos princeps valde quam humaniter excipiebat, atque hic Heinrichus noster ab Ulmis oratoris officio non infeliciter, certe spe multo feliciter functus est, ut non oportuerit me vel meo vel etiam senatus nomine illius pudere; fecit alias etiam sic suum officium, ut magnam sibi debeam gratiam. Vocatus est et Schnepfius, postquam indicavi periculum esse, ne alter

<sup>1)</sup> Die Anrede an (Konrad) Zwick am Schluß und das in Anm. 1, S. 515 mitgeteilte Schreiben zeigen, daß dieser Brief an die Brüder Zwick gerichtet war.

<sup>2)</sup> Die Verständigung zwischen Blaurer und Schnepf erfolgte am 2. August 1534.